



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

18. Executori quando detur conditio ex lege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

tur contra omnia iura contraria, & res peragatur sine cunctatione: vt dictis iuribus quam paulò videatur rectius, quod executor constitua. actorem: per d. l. neque. de procura.

Sexta quæstio est, quas actiones intentabit
 27 & quando & quo nomine. † In qua q. glo. in l. nulli, se breuiter expediuit, dicens competere condi. ex l. nulli vel officium iudicis. sed ex mente canonistarum non curatur subtilitas actionis: vt c. dilecti. de iudicijs. sed secundum Legistas oportet late distinguere. Nam in casibus in quibus executor potest agere ratione comodi proprii, vel expressa voluntate testatoris hoc permittentis, tunc ipse habet tres actiones: ex testamento actionem in rem, & actionem hypothecariam. sicut habent ceteri legatarij vt l. 2. C. communia de lega. §. sed non vsque. insti. eo. tit. l. cum filius. §. varijs. ff. de leg. 2. & in spe. de pet. & acti. §. sequitur. ver. illud verò & in spe. de testa. §. i. versi. & no.
 18 quod, secundò † verò casu, quando executor nõ sentit commodum sed est nudus minister, tunc datur condi. ex l. nulli, C. de epis. & cle. vel officium iudicis: ex mente Dy. & Bal. vt supra

prà dixi. & istud videtur regulare, adita hereditate, vel ex testa. aut ab intestato, † qua 19
 confirmantur ipsa legata: sicut suprà dixi. Secus autem, vbi legatum fideicommissarij non exigit additionem, pro validitate. vt not. in l. causa, quam C. de fideicom. & not. in S. nunc aliqua. ver. sed pone, quòd ex eo testamento. & in his casibus agunt executores proprio nomine, ex quo ratione officij proprium prætendunt interesse. vt tenet Bald. in l. id, quod pauperibus. C. de episc. & cle. in s. q. secus autem, si agerent nomine ipsorum legatariorum vel heredum: quia tunc in tentarent actiones vtilis, quæ à pijs legatarijs & heredibus directe cõpetebant: quasi à lege videantur sibi cessa, vt l. 1. C. de act. & obli. & l. 1. in fin. ff. de institoria. & ista videtur placuisse Bart. in l. si quis Titio. ff. de lega. 2. & Paul. ac Rapha. fa. d. l. nulli. quia dominus in euangelio Matthæi, dicit de pauperibus: quod illis † fecistis, mihi 20
 fecistis. nec exigitur satisfactio, cùm agunt nomine pauperum, qui à lege videntur habere mandatum l. nec satisfd. ff. rem. ra. habe. Ex quo sequuntur duo corrollaria. † Primum, quòd 21

G debitores